Hoc est translatum bene et fideliter factum In villa de Biar vicesima septima die augusti anno a nativitate domini millesimo Quatringentesimo quintodecimo sumptum a quadam carta sive privilegio excellentissimi domini Regis Martini quondam Regis aragonum In pergameno scripto sigillo dicti domini Regis pendenti Invicem serici rubei crocei coloris sigillato tenoris sequentis. Nos Martinus dei gratia Rex aragonum Valencie Maioricarum Sardinie et Corsice Comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanie. Quia ex per expositionem fidelium nostrorum Iuratorum ville de Biar nostro Regio conspectui per vos fideles nostros Iuratos et proborum hominum universitatis dicte ville destinatorum et alia veridica relatione percepimus dicta villa seu universitas eiusdem tam pretextu ducentorum Quinquaginta florenorum auri quod hiis diebus leto vultu pro nostrarum necessitatum supportatione liberaliter obtulistis quam expensarum multiplicium quas dictam villam facere oportuit pro vigore privilegiorum et concessionum confirmatione defensione et tuitione eo quod nos villam ipsam Civitati Valencie contra dictorum vestrorum privilegiorum mentem alienari [illegible] tractabatur quam etiam aliorum diversorum Importabilium et onerum quibus dicta villa gravata Iam erat est adeo tantum oppressa quod nisi sibi de nostris Regalis munificentia subveniatur depopulationis ac destructionis finale excidium incurreret indubitanter. Sane cum sit nostre cure vigilantia circa reparationem et sustentationem locorum et villarum nostri dominii mente anxia frequentius convertatur et ad id [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nostre [illegible] dicte ville et universitatis eiusdem singulare [illegible] [illegible] [illegible] vobis [illegible] Juratis et probis hominibus dicte ville et eius universitati presentibus et futuris concedimus et licentiam plenariam impartimur quod per spatium viginti annorum [illegible] [illegible] In antea continue numerandorum possitis libere et impune intra villa et eius terminos imponere quidem [illegible] impositionem sive sisas in [illegible] [illegible] carnibus et aliis mercimoniis atque rebus quibuslibet [illegible] [illegible] [illegible] seu aliis contractantibus et in illis in [illegible] et sub illis modis formis ac conditionibus quibus vobis [illegible] [illegible] [illegible] impositionem sive sisas solvant et contribuant ac solvere et contribuere teneantur necnon habitantes in dicta villa vestre vel extranei et omnes et singuli ad eandem [illegible] [illegible] quas quidem impositiones et sisas possitis colligere et levare colligi seu levari facere vendere seu arrendare de anno in annum vel quatuor in quatuor menses aut de mense in mensem semel et pluries et prout [illegible] vobis bene [illegible] [illegible] [illegible] vobis [illegible] Juratis et probis hominibus dicte universitatis cum [illegible] [illegible] de nostri gratia Indulgentie quod per tempus dictorum viginti annorum vos seu dicta universitas aliquid non petamus seu demandari aliquid faciamus aut peti seu demandari faciendabis quavis causa seu [illegible] [illegible] [illegible] vos et dictam universitatem [illegible] liberos et immunes. Et volumus ac iubemus [illegible] per nos seu successores nostros vobis seu dicte universitati ut premittitur fienda quibusvis literis seu provisionibus per nos seu dictos nostros successores [illegible] [illegible] fienda quas in quantum huic obviarent seu obstare aliquatenus viderentur volumus non valere obsistentibus nullo modo. Mandamus igitur serenissimo principi Martino Regi Sicilie Athenarum et Neopatrie duci primogenito nostro carissimo et post dies nostros suo primo successori sub nostre paterne benedictionis obtentu necnon [illegible] gerenti vices nostri generalis gubernatoris [illegible] Baiulo Justicie dicte ville ceterisque universis et singulis officialibus et comissariis nostris ad quos spectet et eorum locatenentibus presentibus et futuris quod has nostras licentiam et concessionem per dictum tempus tenendo et observando contra eas non veniant nec aliquis contravenire permittant aliqua ratione seu causa si iram et indignationem cupiunt evitare. Proviso ne de [illegible] sisis seu impositionibus [illegible] In exoneratione dictorum [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] non in alios usus quoscumque convertere liceatis. In cuius rei testimonium presentem fieri iussimus nostro sigillo pendenti munitam. Datum [illegible] Valentie vicesima die Julii Anno a nativitate domini millesimo Quadringentesimo Quarto Regnique nostri Nono. Gerundensis ∴ +

Sig+num mei [illegible] Arnaldi Beller [illegible] [illegible] de [illegible] [illegible] [illegible] dicto privilegio hinc translato [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] +

Sig+num mei Johannis [illegible] [illegible] notarii publici [illegible] [illegible] auctoritate [illegible] excellentissimi domini Regis aragonum [illegible] [illegible] [illegible] qui hoc [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] de verbo ad verbum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] die et anno [illegible] [illegible] [illegible] Cum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] xxvii [illegible] [illegible] +